312. *Stereocaulon gracillimum* Müll. Arg. Podetia gregaria, circ. 12—15 mm. longa et tantum $^1/_2$ mm. lata, subsimplicia, inferne longo tractu denudata et glabra, ochraceo-pallida, superne praesertim altero latere dense granulosa et abbreviatim pauciramulosa, granula valde minuta, $^1/_7$—$^1/_4$ mm. lata, saepe subconglomerata, depresso-globosa et medio magis infuscato umbilicato-depressa, caeterum undique alba et opaca; cephalodia ignota; apothecia lateralia et paucissima terminalia, $^1/_4$ v. vix $^1/_4$ mm. latu, turbinato-obconica, primum concava et prominenter fusco-marginata, mox plana, immarginata et ibidem undique fusco-atra, extus lateraliter fusco-atra; epithecium nigro-fuscum. hypothecium e fulvo fuscum; sporae in ascis octonae, parvae, bacillares, 28—33 μ longae, tantum $2^1/_2$ v. rarius 3 μ latae, 3-septatae. — Primo intuitu formam valde tenellam et microcarpam affinis *St. denudati* refert. A *St. leptaleo* Nyl. granulis diversum est. — Crescit in Japoniae montibus Hakon prope Miyanoshita: Prof. Dr. Brauns sub n. 11.

313. *Sticta Karstenii* Müll. Arg. Thalli laciniae bis v. ter dichotome divisae, elongato-lineares, 4—5 cm. longae, $2^1/_2$—4 mm. latae, divisiones ultimae obtuse et patule bilobae, omnes supra cinereo-plumbeae et scrobiculato-inaequales, subtus albae v. albidae et gibbosae, undique tomento destitutae, sed basin versus hinc inde breviter rhizinosae; pseudocyphellae albae, rarae et valde exiguae, haud prominentes; apothecia marginalia $1^1/_2$—$1^2/_3$ mm. lata, margo obtusus et crenatus, disco pallidior, discus siccus fuscescenti-carneus, madefactus fusco-ruber; sporae in ascis octonae, fusiformi-ellipsoideae, 2-loculares, fuscae, 26—30 μ longae et 8 μ latae. — Juxta *St. physciosporam* Nyl. et *St. demutabilem* Krplh. haec species bene distincta locanda est. — Habitat in Novae Hollandiae prov. North Queensland in Bellender Ker Range: Karsten n. 2 (ab ill. amic. Ferd. v. Müller communn.).

314. *Parmelia Braunsiana* Müll. Arg. Thallus supra subtusque exacte ut in speciminibus parvulis *P. latissimae* f. *sorediata*, at non grosse ad margines sorediosus, sed supra undique sparse et minute albido-sorediellus (ut in *P. microsticta* Müll. Arg.) margine non ciliatus et subtus marginem versus latissime glaber, caeterum hinc inde parce et breviter rhizinosus, circa marginem late albus v. albidus, caeterum niger. Apothecia ignota. — Similis *Parmeliae latissimae* f. *sorediatae* et mixtim cum ea crescens, at thallo supra albo-puncticulatus et subtus margine fere ut in *P. hypotropa* Nyl. albidus. — Locus affinitatis ob sporas ignotas haud rite indicandus, sed species aut juxta *P. latissimam* aut potius juxta *P. hypotropam* ordinanda videtur. — Crescit truncicola prope Tokio in Japonia: Prof. Dr. Brauns n. 2 pr. p.

— — f. *isidiosa*, thallus supra praeter punctula sorediosula minute isidiosus et margine pro parte laceratulus. — Crescit cum praecedente: Dr. Brauns.

315. *Parmelia versicolor* Müll. Arg. Thallus arcte adnatus, laciniato-divisus, medio late ochroleucus v. distincte flavicans, ante marginem albescens et in ipso margine anguste subustulato-fuscescens, laciniae superne subdichotome divisae, parte flavicante convexiusculae, subrugosae aut obsolete scrobiculato-rugosae v. sublaeves,. haud reticulatim rugosae nec sorediosae, demum fissurinosae, parte albida brevi planiusculae v. subconcavae et laeviores, apice retusae et margine tumidulo obtuso fuscescente cinctae, subtus pallidae v. pallido-fuscae, secus marginem anguste nudae, caeterum undique rhizinis valde abbreviatis numerosis vestitae. Apothecia ignota. — E descriptionibus Tayloriauis ad *P. inaequalem* et *P. polycarpam* ej. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 169 et 173 accedit sed iiscum haud convenit. Coloratio marginis ultimi loborum ad *P. physodem* accedit, sed e pagina inferiore vestita juxta *P. molliusculam* Ach. et praesertim *P. congruentem* Ach. inserenda est. — Crescit ad terram sabulosam in Nova Hollandia australi, unde a cl. O. Richard lectam mecum communicavit ill. Baron F. v. Müller.

316. *Physcia speciosa* Nyl. Syn. p. 416 v. *granulifera* Müll. Arg. Thallus sat amplus, adpressus, anguste laciniatus, laciniae mediocriter albo-ciliatae et cum apotheciis ad margines sorediis globosis parvis granulosis ornatae. — Sporae a specie non recedunt. — Habitat copiose ad saxa prope Apiahy in Brasilia meridionali, sed rarius fertilis: Puiggari n. 1383.

317. *Pannaria coeruleo-nigricans* Müll. Arg. Hypothallus co-

pioše pannosus, margine longe strigoso-radians, fascicularis, viridiater; thallus obscure coeruleo - cinereus, medio late compositoglebulosus, margine breviter radians, laciniae periphericae cuneato - obovatae, apice crenulatae v. lobulatae, subplanae (superficie fumoso-spilomaticae), intus obscure argillaceae; gonimia olivacea; apothecia sessilia, evoluta 1 mm. lata, prominenter thallino-marginata, margo obtusus, crebre radiatim plicatulus, cum thallo concolor, discus planus, fusco-niger v. coerulescenti-niger; lamina apice intense atro-aeruginosa, caeterum cum hypothecio hyalina; sporae in ascis octonae (simplices et hyalinae), ellipsoideae, utrinque saepe angustatae, 12—20 μ longae, 7—8 μ latae, quae superficie subplicatae videntur. — Species prope *P. pannosam* Nyl. locanda, colore thalli, apotheciorum et epithecii insignita. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia merdionali: Puiggari n. 1285.

318. *Pannaria imbricatula* Müll. Arg. Hypothallus parce evolutus, strigoso-pannosus, viridi-ater; thallus livido-fuscescens, radiatim brachylobus, lobi ambitu lati, subimbricatim glebuloso-lobulati, undique abbreviati et convexiusculi, peripherici haud lineari-elongati nec adplanati. Apothecia et forma sporarum paullo minorum ut in proxima *P. pannosa*. — Color et structura thalli ut in citata specie, sed hypothallus parum evolutus et forma laciniarum omnino alia. Sporae circ. 14 μ longae et 6 μ latae. — Crescit truncicola in Brasiliae prov. San Paolo, prope Apiahy: Puiggari n. 148 pr. p.

319. *Coccocarpia elegans* Müll. Arg. Thallus gracillimus, coerulescens, laxe caespitosus, laciniae adscendentes, subpalmatipartitae, lacinulae pinnatifido-divisae, vix $^1/_6$ mm. latae, tenello-tenues, planae, subtus albae et longius albo-rhizinosae, lacinulae ultimae arrectae; apothecia evoluta $^2/_3$ mm. lata, laete v. roseo-carnea, plana v. convexiuscula, dorso subretrorsum rigide albo-ciliata; lamina hyalina, asci valde tenues; sporae exiguae, sed evolutae nondum clare observatae. — Species valde elegans, laxe crescens, laciniae eximie divisae. Structura thalli omnino *Coccocarpiae* (gonidia coerulea, subglobosa, depauperato-seriata). Habitus quodam modo satis accedit ad *Leptogium ciliatum* et potius est pannarioideus, sed gonidia ut in *Coccocarpia*. — Crescit muscicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari (sine no.)

320. *Pyxine ochroleuca* Müll. Arg. Thallus ochroleucus, subimbricatim radiato-laciniatus, centro fertilis, laciniae late linea-

res, palmatim v. subpennatim inciso-lobatae v. lacinulatae, convexiusculae, intus albidae, lobuli ultimi abbreviati et planiusculi, hi subtus albidi et rhizinis albidis dense vestiti; apothecia arcte sessilia, $^3/_4$—$^5/_4$ mm. lata, subregularia, crassiuscule thallino-marginata, margo cum thallo concolor et integer, demum livido-nigricans, discus planus et ater, nudus; lamina superne olivaceo-virens, caeterum cum toto hypothecio hyalina; asci late cylindrici, 8-spori; sporae maturae fuscae, biloculares, 19—24 μ longae, 10—12 μ latae. — Thallus prima fronte *Placodium saxicolum* simulat, sed discus apotheciorum niger et sporae omnino aliae. — Crescit corticola ut videtur in Brasiliae meridionalis districtu Apiahy: Puiggari n. 1384 pr. p.

321. *Placodium* (sect. *Acarospora) Ferdinandi* Müll. Arg. Squamae thallinae arcte adnatae, circ. 1 mm. latae, orbiculares v. angulosae v. hinc inde sublobatae, in thallum compositum approximatae, hinc inde subimbricatae, convexiusculae, caesio-albidae, nonnihil pulverulentae, vulgo monocarpicae, fertiles medio elato-convexae; gonidia normalia, globosa, 9—12 μ lata; apothecia thallo ipso medio tumido-elato marginata, discus marginem haud superans, paullo concavus, brunneo-fuscus, nudus, evolutus $^1/_2$—$^3/_4$ mm. latus, demum tenuiter fusco-marginatus; lamina hyalina, 85 μ alta, hypothecium hyalinum v. fuscescenti-hyalinum, epithecium olivaceo-fuscescens, paraphyses tenues et cum ascis conglutinatae; asci cylindrico-obovoidei, apice modice pachydermei, polyspori; sporae globoso-ellipsoideae v. subglobosae, 4 μ longae, $3^1/_3$ v. fere 4 μ latae, hyalinae. — Affine hispanico *P. noduloso* Müll. Arg. Lich. vales. p. 185, etiam in calidissimis Valesiae mediae inter Sierre (Siders) et St. Léonard recenter copiose a me lecto. Discus *Lecanoram badiam* simulat at magis concavus est. *Lecanora Schleicheri* v. *dealbata* Nyl. Prodr. p. 81 valde accedit sed tamen diversa videtur. Specimina mea algeriensia manca sunt at speciem a *P. Schleicheri* sine dubio ullo diversam sistunt. — Habitat in Nova Hollandia meridionali prope Eureo in terra sabulosa cum *Urceolaria scruposa*, unde misit clariss. de Flora australiensi meritissimus Baron Ferd. v. Mueller, cui speciem grato animo dicavi.

322. *Psora leucina* Müll. Arg. Thalli plagulae cinereo-albae, primum discretae, orbiculares et subpeltiformes, vix 1 mm. latae, planae, dein crenato-sublobatae v. angulosae magisque convexae et hinc inde imbricatae, crassiusculae; gonidia nor-

malia; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, solitaria v. nonnulla aggregata et subconfluentia, intramarginalia, indistincte marginata, demum convexa et nuda, obsolete nitidula; lamina tantum 40 μ alta, olivacea, superne obscurior v. nigrescens, hypothecium fulvescenti-hyalinum; sporae in ascis octonae, hyalinae et simplices, exiguae, tantum 4—7 μ longae et 4—$4^1/_2$ μ latae, ambitu subgloboso v. lato v. oblongato-ellipsoideo ludentes, utrinque late rotundato-obtusae. — Habitu quodam modo medium tenet inter *Thalloidima vesiculare* macerum et *Toniniam aromaticam* Auct., sed sporae sunt simplices et valde exiguae. — Habitat ad saxa arenacea alba prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1206.

323. *Psora coroniformis α. crenata* Müll. Arg. L. B. n. 245 recenter a cl. Barbey-Boissier prope Chiva in Hispania austro-orientali lecta fuit sed specimina minus evoluta et tantum sterilia sunt. Species dein etiam europaeis adnumeranda est.

324. *Thalloidima confertum* Müll. Arg. Thalli squamulae confertae, olivaceae, demum fuscescentes, plano-convexae, obtuse angulosae; apothecia glomeruloso-conferta, $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, atro-fusca, hemisphaerico-convexa, semper immarginata, opaca, intus infra laminam undique albida; epithecium fuscum, lamina hyalina, hypothecium obscurato-hyalinum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae hyalinae et 2-loculares, ellipsoideae, utrinque nonnihil acutiusculae, 11—13 μ longae et 5—6 μ latae. — Extus prima fronte vix a *Patellaria melanobotrys* distinguenda est, sed thallus tamen omnino alius, apothecia minus atra et in glomerulis magis distincta, et lamina dein et hypothecium omnino aliter colorata sunt. — Crescit ad terram argillaceam prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1216.

325. *Catolechia pyxinoides* Müll. Arg. Thallus arctissime adnatus, radiatim laciniatus, medio late diffracto-areolatus, laciniae ultimae juniores cinereae, radiatim dispositae at breviusculae, nitidulae, reliquae magis centrales olivaceae v. fumoso-olivaceae, omnes planiusculae et laeves, circ. 1 mm. latae, haud imbricatae, contiguae, intus albidae, subtus rhizinosae et vix a substrato solubiles; apothecia arcte adnato-sessilia $^4/_{10}$—$^6/_{10}$ mm. lata, planiuscula, primum tenuiter at subprominenter nigro-marginata, demum immarginata et convexa, semper opaca; lamina subhyalina, epithecium et hypothecium olivaceo-fusca; sporae in ascis octonae, fuscae, biloculares, 14—16 μ longae et 5—6 μ latae. — *Juxta C. radiatam s. Buelliam radiatam* Tuck. Calif.

p. 25 et *C. africanam* s. *Lecideam africanam* Tuck. Obs. 1860. p. 406 (non *Buelliam africanam* Müll. Arg. L. B. n. 123, quae genuina species *Buelliae*) locanda est. — Crescit ad saxa arenacea rubella prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1237.

326. *Catolechia tenuis* Müll. Arg. Thallus arctissime adnatus, radiatim laciniatus, medio late diffracto-areolatus, laciniae ultimae juniores aeneo-cinereae, mox cinereo-fuscae v. fusco-cinereae, longiusculae et valde angustae, vix $^1/_4$ mm. latae, convexiusculae et laeves, nitidulae, intus albidae, areolae centrales exiguae et opacae; apothecia arcte adnato-sessilia, vix $^1/_4$ mm. lata, primum plana et prominenter subnigro-marginata, dein immarginata et convexa et opaca, subfusco-nigra; lamina fuscescenti-hyalina, epithecium fuscum, hypothecium hyalino-fuscum; sporae in ascis octonae, fuscae, biloculares, parvae, 8—10 μ tantum longae, 4 — 5 μ latae, medio modice constrictae utrinque obtusae. — Thalli areolae centrales ut in *Buellia stellulata*, sed aliter colorata, thallus autem marginem versus pulchre radiatim effigurato-laciniatus est. — Ab affini *C. pyxinoide* differt colore multo obscuriore et laciniis multo angustioribus thalli, minutie apotheciorum et sporarum et colore hypothecii. — Crescit ad saxa arenacea rubella prope Faxina in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1200, 1211.

327. *Lecanora granulosa* Müll. Arg. Thallus cinereo-flavus et crebre granulosus, granula nonnihil gibboso-irregularia; apothecia circ. $1^1/_4$—$1^1/_2$ mm. lata; juniora minora regularia, evoluta plicato-angulosa, semper prominenter flavido-marginata, intus inferne albida, margo praeter plicas integer, discus planus, pallide fusco-rubescens, nudus; lamina tota hyalina; sporae octonae (simplices et hyalinae), 12—14 μ longae et 6—7 μ latae. — Thallus ut in *Lecanora sorediifera* Fée, sed apothecia et hypothecium omnino aliter colorata. — Prope *L. flavidulam* inserenda est. — Habitat corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1084 pr. p. et 1380.

328. *Lecanora flavidula* Müll. Arg. Thallus ex albido flavicans, tenuis, continuus et laevis v. saepius minute granulosus v. granuloso-rugulosus, subpulverulentus, demum rimoso-diffractus; gonidia globosa; apothecia 1—$1^3/_5$ mm. lata, sessilia, tenuia, plana, margine flavicante tenui leviter prominente et tenuiter crenulato cincta, discus pallide subflavescenti-carneus v. nonnihil lividus, nudus; epithecium olivaceo-

flavicans, lamina caeterum cum hypothecio hyalina, asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) 17 — 18 μ longae, 8—10 μ latae, ovoideae. — Quodammodo formam macrocarpam *Lecanorae subfuscae* v. *chlaronae* simulat, sed thallus flavicans et apothecia multo majora et tenuius marginata. Inter hanc et *Lecanoram subflavam* Tuck. locanda est. — Crescit corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari (sine no.)

329. *Lecanora subfusca* Ach. var. *subpulveracea* Müll. Arg. Thallus subflavicanti-albidus, tenuis, subpulveraceo-granulosus v. obsolete isidiosulus; apothecia parva, margo rugosus crassus et subpulveraceus, discus obscure fuscus. — Reliqua cum specie conveniunt. — Corticola crescit prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1295.

330. *Lecaniae* sect. *Maronea* Müll. Arg. — Genus *Maronea* Mass. in Flora 1856; Körb. Parerg. p 90. — Sporae in ascis numerosae, biloculares (non simplices quales pro *Maronea* ab auctoribus describuntur).

Lecania apiahica Müll. Arg. Tota planta extus fere perfecte *Lecaniam bericam* s. *Maroneam bericam* Mass. (Mass. exs. n. 346, quam etiam e silvis vogesiacis a b. Mougeot lectam omnino convenientem habeo) refert, sed thallus est leviter viridior et asci demum omnino alii, sc. late ventricoso-obovoidei, 40 μ longi et 20 μ lati (in planta europaea citata autem anguste subcylindrici, 7—9-plo longiores quam lati). Reliqua cum laudata specie conveniunt. Apothecia $^1/_2$—$^3/_5$ mm. lata, sessilia, margo connivens et integer, extus incano-albidus. discus obscure livido-fuscus. Sporae $3^1/_2$—5 μ longae, duplo longiores quam latae, utrinque rotundato-obtusae, medio plus minusve distincte subconstrictae. — Crescit corticola in Brasilia meridionali in vicinitate Lichenum feracissima et nunc oculatissime explorata urbis Apiahy: Puiggari n. 1227.

(Fortsetzung folgt.)

Literatur.

J. Wiesner, das Bewegungsvermögen der Pflanzen. Eine kritische Studie über das gleichnamige Werk von Ch. Darwin. Nebst neuen Untersuchungen. Wien, 1881, bei Alfred Hölder. 212 S. u. 3 Holzschnitte.

Die ungewöhnlichen Anschauungen und frappanten Thatsachen, welche den Inhalt des bekannten Darwin'schen Werkes

bilden, mussten das Interesse des Physiologen im höchsten Masse erregen, ebenso aber auch das Bedürfniss einer eingehenden und vorurtheilslosen Kritik. Es ist das Verdienst Wiesner's diese Kritik auf Grund eigener, sorgfältigster, theils neuer, ad hoc angestellter, theils älterer Untersuchungen (besonders seiner Monographie des Heliotropismus entnommen) in umfassendster Weise geliefert zu haben. Im Lichte dieser unbefangenen und nüchternen Kritik erhalten aber die Beobachtungen Darwins und seine weitgreifenden Schlussfolgerungen eine andere Gestalt, indem gerade für die wichtigsten Abschnitte nachgewiesen wird, dass es sich theils um irrige Deutung der Beobachtungen, theils um nicht stichhaltige Schlussfolgerungen handelt. Bei dem auch von Wiesner anerkannten Inhalt des Darwin'schen Werkes an neuen Auffindungen und Anregungen wird dasselbe stets Leser finden: Jedem Leser desselben ist aber die Lectüre der Wiesner'schen Studie als das zugehörige kritische „Salz" unentbehrlich, auch einem solchen, der in die spezielle physiologische Literatur weniger eingeweiht ist, da Wiesner mit Rücksicht auf den weiten Leserkreis, welchen Darwin's Buch sogar im Laienpublikum gefunden hat, den kritischen Ausführungen die zum Verständniss für weitere Kreise erforderlichen Erörterungen aus dem einschlägigen Literaturbestande in genügender Ausführlichkeit eingefügt hat. C. Kraus.

Anzeige.

Verlag von THEODOR FISCHER in Kassel.

Zu beziehen durch jede Buchhandlung:

Botanisches Centralblatt. Referirendes Organ für das Gesammtgebiet der Botanik des In- und Auslandes. Herausgegeben unter Mitwirkung zahlreicher Gelehrten von **Dr. Oscar Uhlworm.** Jahrgang 1880. Bd. 1—4. gr. 8°. Geh. M. 28. Jahrgang 1881. Bd. 5—8. 52 Nummern. M. 28.

Freyn, **J. Zur Kenntniss einiger Arten der Gattung Ranunculus.** II. gr. 8°. Mit 2 Taf. Geh. M. 1.

Minks, **Dr. A. Symbolae Licheno-Mycologicae.** Beiträge zur Kenntniss der Grenzen zwischen Flechten und Pilzen. I. Theil. gr. 8°. Geh. Mk. 8.

Poulsen, **V. A. Botanische Mikrochemie.** Anleitung zu phytohistologischen Untersuchungen, zum Gebrauche für Studirende ausgearbeitet. A. d. Dänischen unter Mitwirkung des Verfassers übersetzt von **C. Müller.** 8° Geb. M. 2.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

FLORA.

64. Jahrgang.

№ 33. Regensburg, 21. November 1881.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. (Schluss.) — Literatur. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XIV.

(Schluss.)

331. *Lecania punicea* [Ach.] v. *sulphurea* Müll. Arg. Discus evolutus sulphureus. — Reliqua non differunt et in apotheciis juvenilibus discus subinde occurrit distincte rubellus v. pallide rubens, ut in *L. punicea* v. *rufo-pallente* (*Lecanora punicea* v. *rufo-pallens* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 546, quae eodem loco brasiliensi etiam crescit). Habitus fallax. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1005.

332. *Callopisma* (sect. *Triophthalmidium*) *australe* Müll. Arg. L. B. n. 249, var. *crenulatum* Müll. Arg. Omnia ut in forma genuina speciei, sed apothecia omnia v. fere omnia eleganter minute crenulata. — Habitat prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari (sine no.)

333. *Callopisma cinnabarinum*; *Lecanora cinnabarina* Ach. Univ. p. 402, Nyl. in Flora 1864 p. 266, cui omnino etiam adscribendum est *Amphiloma Debanense* Bagl. Lich. Abyssin. Beccar. p. 244 (fide specim. orig. ab ipso benevole commun.), latissime in regionibus tropicis et subtropicis, praesertim in America, distributum est. — Ad saxa silacea in Brasiliae prov. San Paolo prope Faxina: Puiggari n. 1213.

— — v. *opacum* Müll. Arg. Thallus ferrugineus, opacus. — Ad saxa prope Paraguay in Paraguay: cl. Balansa.

— — v. *pallidius* Müll. Arg., *Callopisma subfulgens* Müll. Arg. L. B. n. 125, exclus. syn. Nyl. Thallus argillaceo (flavescenti-) ferrugineus, opacus, rimuloso-diffractus. — Saxicola crescit ad Pungo Andongo in Angola Africae occidentalis: Soyaux n. 245.

Sporae utriusque parvae et oblongatae ut in forma genuina speciei. Varietas ultima quoad colorem thalli inter *C. cinnabarinum* et verum *C. subfulgens* (*Lecanoram subfulgentem* Nyl. Lich. Cub. n. 9, quam nunc coram habeo) medium tenet, at forma apotheciorum juniorum quasi aspicilioidea bene cum *C. cinnabarino*, non cum *C. subfulgente* quadrat. Hujus ultimi cubensis thallus ut in *Xanthocarpia ochracea* Auct. coloratus est.

334. *Callopisma Puiggarii* Müll. Arg. Thallus e cinereo nigricans v. coerulescens, obscurus, diffracto-areolatus, areolae subplanae, angulosae; hypothallus coerulescenti-ater; apothecia evoluta $^3/_4$ mm. lata, innato-sessilia, plana, margine thallino cum thallo concolore tenui integro hinc inde undulato demum subobsoleto cincta, discus ex aurantiaco subobscure rufus; epithecium flavofulvescens, lamina caeterum cum hypothecio hyalina; sporae in ascis octonae, 10—12 μ longae, $4^1/_2$—7 μ latae, orculiformes. — Species insigniter distincta, prima fronte fere *Blasteniam ferrugineam* v. *plumbeam* Körb. referens, sed apothecia non biatorina et discus aliter tinctus. Apothecia fere eadem ac in *C. subhaematitide* (s. *Lecanora subhaematitide* Krplh. Lich. Glaz. p. 20), sed thallus colore et forma omnino alius. — Crescit ad saxa quartzosa prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1203.

335. *Callopisma Baueri* Müll. Arg. Thallus flavus, areolato-rimosus, v. hinc inde diffracto-areolatus, areolae parvae, angulosae, planae, demum desquamescentes et hypothallum pallidiorem relinquentes; gonidia normalia; apothecia parva, $^1/_4$—$^1/_3$ mm. lata, innata, thallum non vel leviter tantum superantia, plana, margine thallino tenui modice v. parum prominente flavido cincta, discus fuscus et nudus; lamina subhyalina, asci angusti, apice alte solidi, 8-spori; sporae 9—12 μ longae, $4^1/_2$—7 μ latae, orculiformes. — Species valde distincta, thallus flavus ut in „*Gussonea flava* Mass.“, apothecia autem fere ut in „*Aspicilia odora* et *A. flavida* Auct.“ — Ad saxa schistosa prope Iporanga in Brasiliae prov. San Paolo, Aprili 1881 a cl. Henr.

Bauer lectum et ab optimo et cl. Puiggari mecum communicatum.

336. *Rinodina Araucariae* Müll. Arg. Thallus flavus v. subcitrino-flavus, subtenuis, granulato-rugulosus v. juvenilis sublaevis, continuus, demum diffractus; gonidia globosa, circ. 11 μ lata, normalia; apothecia $^1/_4$—$^1/_2$ mm. lata, subinnato-sessilia v. arcte adpressa, nana, crasse thallino-marginata, margo cum thallo concolor, primum stellatim aperiens, demum tenuior et subcrenulatus, discus fusco-ater, planus, nudus et opacus; lamina 100 μ alta, flavicans, epithecium fulvo-fuscescens, hypothecium flavescenti-hyalinum; sporae in ascis octonae, subbiseriales, pallide fuscae et 2-loculares, circ. 24 μ longae et 12 μ latae. — Species insignis, nulli nisi *R. thiomelae*, s. *Lecanorae thiomelae* Nyl. Circa Lich. crust. Nov. Zeland. n. 9 et *R. lepidae*, s. *Lecanorae lepidae* Nyl. Enum. gen. p. 115 (in notula) et Circa Lich. crust. Nov. Zel. n. 9 in observ. affinis est et prima fronte facile pro *Acolii* specie habenda est. — Crescit ad cortices annosos *Araucariae brasiliensis* prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1315.

337. *Rinodina viridis* Müll. Arg. Thallus cum margine apotheciorum subpallide viridis, continuus v. subcontinuus, sublaevis, dein rimoso-areolatus, mox fere undique apotheciis creberrimis saepeque mutua pressione angulosis v. confluentibus tectus, haud peculiariter hypothallo cinctus; gonidia globosa, normalia; apothecia arcte innato-sessilia, distincte emergentia, $^2/_5$—$^1/_2$ mm. lata, margine irregulariter anguloso persistenter crasso plus minusve undulato et distincte ultra discum prominente cincta, discus fuscus, planus et nudus; lamina cum hypothecio hyalina, epithecium fuscescens; asci 8-spori; sporae 17—20 μ longae et 9—10 μ latae, fuscae et biloculares, demum 4—loculares et tum ad dissepimenta constrictae. — Habitus ut in europaea *R. atrocinerea* et *R. caesiella*, sed thallus et margo viridis, apothecia creberrima et peculiariter undulato-angulosa et nana, et sporae demum aliter divisae. — Crescit ad saxa talcaceo-schistosa prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari no. 1253 pr. p.

338. *Pertusaria meridionalis* Müll. Arg. Thallus mediocris, sublimitatus, cinereo-flavus v. cinerascens, dense rugoso-inaequalis v. dein rugoso-granulosus, demum rimosus; protuberantiae thallinae irregulares et obtuse gibboso-verrucosae, apothecia 2—3 v. numerosiora includentes, hinc inde medio depressae;

ostiola hemisphaerico-emergentia, parva, obtusa; asci angusti, 8-spori; sporae ellipsoideae, 40—60 μ longae, 22—35 μ latae, valde pachydermicae et laeves.

— — *α. xanthostoma* Müll. Arg. Thallus distincte flavicans, ostiola intense sulphurea. — Haec facillime cum *P. flavente* Nyl. Lich. Husn. p. 116 confundenda est; sed thallus minus intense flavescit et ostiola quasi pungenti-emersa sunt. — In Brasilia meridionali prope Faxina, corticola: Puiggari n. 1221, prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.) et in Paraguay: Balansa.

— — *β. cinerascens* Müll. Arg. Thallus cum prominentiis fertilibus cinerascens v. vix distincte flavescens, crassiusculus; ostiola subcinerea, madefacta cinereo-sulphurea. — Protuberantiae subinde rigide tuberculosae. — Crescit corticola in Paraguay: Balansa.

— — *γ. ochrostoma* Müll. Arg. Thallus cum verrucis fertilibus cinerascens, ostiola mox ochraceo-ferruginea. — Est certe hujus speciei, specimine intermedio bene demonstrante eodem loco lecto. — In Paraguay: Balansa.

339. *Pertusaria Barbeyana* Müll. Arg. Thallus crassus, dense rugoso- v. globoso-verrucosus, madefactus laete viridis v. flavicanti-viridis, siccus virenti-cinereus; gonidia normalia, globosa, 6—11 μ lata; protuberantiae fertiles maijusculae, $1^1/_2$—2 mm. latae, depresso-hemisphaericae, semper monocarpicae, margo crassus, tereti-obtusus, radiatim 4—8-sulcatus, sulcis depressis, unde margo sphinctroideo-crenatus, medio latiuscule apertus; discus siccus subnigricans, madefactus antem mox pallidior et fuscescenti-carneus, nudus; lamina tota cum hypothecio hyalina, alta, tenax, paraphyses 2—$2^1/_2$ μ latae, inter se parce trabeculatim connexae, asci obovoideo-cylindrici, (6—)8-spori, sporas medio biseriales gerentes; sporae (simplices et hyalinae) 65—80 μ longae, 25—40 μ latae. — Species bene distincta, habitu *P. fallacem* s. *P. Wulfenii* simulans, sed verrucis monocarpicis et ostiolis (praesertim in planta madefacta) laete coloratis insignita est. — Crescit corticola prope Collegium Lluch in insula balearica Majorca, ubi legit cl. et amiciss. W. Barbey-Boissier, cui species gratissimo animo dicata est.

340. *Pertusaria scutellaris* Müll. Arg. Thallus amplus, caesio-albidus, margine albido deplanato subbyssino-radiante limitatus, undique granuloso-inaequalis, praeter margines undique dense verrucigerus et valde fertilis, verrucae monocarpicae subhemisphaericae, laeviusculae, mox gibboso-inaequales, apothecio emergente

distincte latiores; apothecia apicalia, innato-sessilia, verrucas coronantia, evoluta $^3/_4$ mm. lata, margo primum crassiusculus et denticulata-crenatus albus, cum disco plano carneo-albo albido-subpulveraceus, demum fere evanescens; sporae in ascis 4—6-nae, ellipsoideae, circ. 45 μ longae et 25 μ latae. — Species insignis, prima fronte quodammodo *P. velatam* simulans, prope *P. scrobicularem* Krplh. Lich. Gluz. p. 27 (cujus apothecia multo crassius et persistenter marginata) et *P. pycnophoram* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 39 locanda est. — Habitat corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 514.

341. *Pertusaria leioplaca* Ach. v. *depressula* Müll. Arg. Thallus laevis v. sublaevis; verrucae laeves, vertice demum late depressae et ibidem in fundo ostiola nigra latiuscula vulgo conferta v. subconfluentia 1—6 gerentes. — Fere species propria. Sporae laeves. — Crescit corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1470.

342. *Pertusaria leioplacoides* Müll. Arg. Similis *P. leioplacae* Ach. thallo laevi praeditae, sed verrucae paullo minores, 1—$1^1/_2$ mm. latae, sat regulariter hemisphaericae, cum thallo albidae et laeves, praesertim prope verticem subconfertim 2—5-ostiolatae, ostiola albida, sporae in ascis quaternae (subinde geminatae v. ternatae), 80—120 μ longae, 30—38 μ latae, endosporium intus insigniter dentatum s. potius intus prominenter circiter 25-costatum, pori late cylindrici et late aperti. — A *P. leioplaca* ostiolis albidis, colore partium et praesertim structura insigni endosporii differt. — Crescit corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1061.

343. *Pertusaria mendax* Müll. Arg. Thallus tenuis, cum verrucis albido-cinereus, laevigatus, linea hypothallina nigrofusca cinctus; verrucae fertiles 1—$1^1/_2$ mm. latae, depresso-hemisphaericae, ambitu et superficie obtuse et leviter gibboso-inaequales, thalamia 5—7 gerentes; ostiola perexigua, nigrofusca; sporae in ascis geminae, superpositae, ellipsoideae, circ. 140 μ longae et circ. 3-plo longiores quam latae. — Extus *P. leioplacam* Ach. simulat, sed thallus nullomodo subflavicans, pure cinereo-albicans, asci 2-spori et sporae majores. A *P. communi* verrucarum forma et colore partium differt. — Crescit ad corticem Coniferarum circa Oji prope Tokio in Japonia: Dr. Brauns n. 12.

344. *Pertusaria tuberculifera* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 38 v. *virens* Müll. Arg. Thallus, praesertim madefactus, distincte

virens v. subviridis, magis laevigatus et vix v. non rimulosus. Sporae omnino quadrant cum specie et intus insigniter trabeculis transversim laxe rhombeo-reticulatis ornatae sunt. — Crescit corticola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1062 (cum forma genuina speciei sub n. 1268 missa), et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 5065, 6266.

345. *Lecidea* (s. *Biatorella*) *conspersa* Fée Ess. p. 108 v. *leucoloma* Müll. Arg. Apothecia demum paullo majora et margine melius evoluto prominente superne albido v. ochraceo-albescente cincta. — Reliqua cum forma genuina speciei omnino quadrant, cujus margo parum prominens et cum disco concolor. — Planta *Lecanoram* v. potius *Callopismatis* speciem simulat, at margo extus particulis irregularibus thallinis laceris adspersus nec vere lecanorinus est. — Crescit ad cortices prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1233, et in insula Cuba: C. Wright inter n. 224.

346. *Lecidea* (sect. *Biatora*) *Puiggarii* Müll. Arg. Thallus tenuis, leproso-furfuraceus, continuus, margine haud limitatus, flavescenti-cinereus, gonidia globoso-glomerosula; apothecia $^1/_2$—$^2/_3$ mm. lata, tota carnea v. pallide carneo-rufescentia, persistenter sed vix prominenter marginata, insigniter deplanata, demum ampliata et $1^1/_2$—2 mm. lata, semper plana v. subplana et demum ambitu subundulata v. nonnihil lobata, nuda et opaca; lamina cum hypothecio undique hyalina, paraphyses conglutinatae: asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) 8—12 μ longae, 4—$5^1/_2$ μ latae, oblongo-ellipsoideae. — Thallus fere ut in *L. furfuracea*, apothecia autem similia iis mauritianae *L. microspermae*, sed planiora et sporae longe majores. Habitu caeterum nostra ad *L. vernalem* accedit, et juxta Cubensem *L. cinereo-lutescentem* Nyl. (in Prodr. Nov. Granat. p. 63) locanda est. — Speciem pulchellam egregio, oculatissimo, felicissimo detectori grato animo dicavi. — Corticola crescit prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1025 pr. p.

347. *Lecidea* (s. *Biatora*) *leptoloma* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, obsolete leprosus, obscure cinereus, linea hypothallina nigro-fusca cinctus; gonidia globosa, circ. 10 μ lata; apothecia $^1/_2$—$^2/_3$ mm. lata, plana, nana, tenuissime et vix prominenter marginata, margo pallide nigricans, persistens; discus planus, mox leviter convexus, carneo-pallidus, opacus et laevis; lamina tota undique hyalina, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) ambitu ellipsoideae v. ovoideae,

12—14 μ longae, 6—8 μ latae. — Juxta *Lecideam griseo-pallescentem* Nyl. (Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 43) et *L. cinereolutescentem* ejusd. (in Prodr. Nov. Gran. p. 63) inserenda est. Etiam *Lecidea carnulenta*, s. *Biatora carnulenta* Tuck. Obs. 4 p. 179 extus similis est, sed magis microcarpa et sporis ambitu multo angustioribus gaudet. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1467.

348. *Lecidea* (s. *Biatora*) *fuscella* Müll. Arg. Thallus tenuis, virens, minute granulosus, effusus; apothecia $^1/_2$ mm. lata, plana, intus pallida, primum prominenter subnigro-marginata, margo dein minus distinctus et tenuis et pallidior, intus linea zeorina magis atrata praeditus, discus fuscus, nudus; epithecium olivaceo-fuscum, laminea vitreo-hyalina, hypothecium hyalinum v. fulvescenti-hyalinum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) obovoideae v. saepius lacrimaeformes, 13—20 μ longae, 7—8 μ latae. — Apothecia extus exacte Chinensem *Biatoram tephroeam* Tuck. Calif. p. 31 simulat, sed thallus virens, et sporae multo majores (sporae *Lecideae tephroeae* ex specim. orig. tantum 8—10 μ longae et 5—6 μ latae sunt). Cum *Lecidea variatula* Nyl. (ap. Crom. Lich. of Kerguelenl. p. 186) dein etiam fere quadrat (ex descript.) sed thallus virens, margo valde tenuis, paraphyses conglutinatae (et sporae paullo majores). — Habitat ad cortices prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 476.

349. *Lecidea* (s. *Biatora*) *erumpens* Müll. Arg. Thallus tenuissimus (cum cellulis ligni undique albo-mixtus nec stratum distinctum formans); gonidia normalia, globosa, diametro circ. 10 μ aequantia et laete viridia (non concatenata); apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, erumpentia, haud emergentia, particulis ligni ob thallum immixtum albidis saepe stellatim v. etiam rimiformiter dehiscentibus primum quasi velata et quasi *Odontotrema* spurie lecanorino-marginatum simulantia, semper plana et immarginata, sicca nigra, madefacta statim fusca, nuda et opaca; epithecium laete olivaceo-fuscum, reliqua lamina cum hypothecio hyalina; paraphyses solubiles, simplices, firmae, apice modice clavatae; asci 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) ellipsoideae, 8—12 μ longae, $6^1/_2$—7 μ latae. — Species valde insignis et mendax, prima fronte *Arthoniam* aut fere *Schizoxylon* mentiens, nulli arcte affinis, quodammodo analoga *L. coarctatae*, subsimilis Chinensi *Lecideae chlororphniae* Tuck. Obs.

4. p. 275. — Crescit ad lignum siccum prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1290 pr. p.

350. *Lecidea* (s. *Biatora*) *caesiella* Müll. Arg. Thallus tenuis (ambitus haud visus), continuus v. tenuissime rimulosus, caesio-coerulescens, a hypothallo atro crebre pertusus et quasi multi-pustulatus; gonidia globosa; apothecia sicca atra, madefactâ obscure livido-fusca v. livido-nigrescentia, plana, haud distincte marginata, mox convexiora; epithecium tenue et olivaceo-nigrescens, lamina caeterum tota cum hypothecio hyalina; paraphyses facile segregandae, validiusculae, apice parum clavatae; asci oblongo-obovoidei„ superne pachydermei, 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) ellipsoideae, 9—12 μ longae et 5—6 μ latae. — Species thalli colore et apotheciis distincta. — Crescit ad saxa quartzosa prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1194.

351. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *parasema* Ach. v. *tenella* Müll. Arg. Thallus minute disperso-areolatus, candidus; apothecia $^1/_6$ ($^1/_6$—$^1/_3$) mm. tantum lata, plana, demum convexa; epithecium atrovirens, lamina aeruginosa, hypotheciun obscuratum sed tenuissimum visum hyalinum, paraphyses aegre separabiles. — Ad saxa quartzosa prope Faxina in Brasilia meridionali (ubi etiam crescit normalis *Lecidea parasema* v. *latypea* Nyl.: Puiggari n. 1252): Puiggari n. 1239.

352. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *urotheca* Müll. Arg. Thallus subleprosus, effusus, argillaceus, valde depauperatus; apothecia $^1/_2$—$^3/_4$ mm. lata, nigra et tota opaca, substipitato-sessilia, plano-concava, constanter marginata, discus scabridulo-inaequalis, nudus; lamina pro minutie apotheciorum alta, virenti-hyalina, epithecium olivaceum, hypothecium pallide olivaceo-fuscescens, paraphyses insigniter liberae et capillares, asci lineares, basi longe caudato-vacui, sporas uniseriales gerentes; sporae (simplices et hyalinae) ellipsoideae, 10—12 μ longae, 7—8 μ latae. — Extus fere omnino europaeam *Lecideam goniophilam* v. *egeneam* Krplh. simulans, sed apotheciorum margo persistens et paullo tenuior, apothecia magis opaca, epithecium aliter coloratum et asci dein omnino alii. — Crescit terricola circa Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1215.

353. *Lecidea* (sect. *Eulecidea*) *pseudosema* Müll. Arg. Thallus cinereus v. cinereo-albescens, tenuis, obsolete rimoso-granulosus, zona latiuscula hypothallina fuligineo-nigricante cinctus; apothecia $^1/_2$—$^2/_3$ mm. lata, adpresso-sessilia, atra, nuda, primum

prominenter marginata, dein convexa et immarginata, tota nitidiuscula; epithecium fuscum, lamina hyalina, hypothecium valde crassum, cum tota parte inferiore apotheciorum atrum, superne anguste fusco- v. rufo-atrum; paraphyses aegre separabiles, $1^1/_2\,\mu$ crassae; asci angusti, uniserialiter 8-spori; sporae (simplices et hyalinae) ellipsoideae, 12—14 μ longae, 7—8 μ latae. — Primo intuitu et sub lente *Buelliam triphragmiam* v. etiam formam vulgarem corticolam *Lecideae parasematis* simulat, at certe diversa et juxta *Lecideam enclitieam* Nyl. et affines relegenda est. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari (sine no.).

354. *Patellaria* (sect. *Catillaria*) *melanobotrys* Müll. Arg. Thallus parum distinctus, leproso-subfurfuraceus, olivaceo-fuscescens; apothecia atra, depresso-hemisphaerica, convexa, immarginata, opaca, circ. $^1/_2$ mm. lata, demum prolificatione botryoso-polycephala et glomerulos 2—4 mm. latos depresso-convexos obtuse multigibbosos aterrimos formantia; epithecium rufo-atrum, lamina satis nana, cupreo-fuscescens v. cerasino-fusca, hypothecium cerasino- v. obscure cupreo-fuscum, crassum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae (hyalinae) 2-loculares, oblongo-obovoideae, circ. 12 μ longae et 5 μ latae. — Proxime accedit ad *Lecideam melaenidam* Nyl. in Flora 1863 p. 146, cui etiam similis, sed apothecia majora, mox peculiariter botryoso-glomerulosa et ambitus sporarum latior. Partes interiores utriusque caeterum conveniunt. Subsimilis *Lecidea massata* Tuck. Calif. p. 25 thallo alio et apotheciis marginatis gaudet. — Habitat ad terram sabulosam prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 521.

355. *Patellaria* (s. *Psorotheeium*) *endochroma*; *Lecanora endochroma* Fée Ess. p. 114 t. 29. fig. 1.

— — v. *prolificans* Müll. Arg. Thallus incrassatus, albido-sulphureus, crebre et minute isidioso-granulosus; apothecia pauca, saepius geminatim v. ternatim prolifero-aggregata, ore conniventer undulato-irregularia. — Sporae et apothecia, quae intus undique praeter laminam intense sulphureo-flava, a specie non recedunt. E margine apothecii primarii hinc inde assurgunt apothecia 1—2 secundaria. — Habitu quidem valde distincta est sed affinitate arctissime cum specie connexa est. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1043, ubi etiam pulchre crescunt normalis *Patellaria endochroma*, s. *Lecanora endochroma* Fée l. c.: Puigg. n. 348, et

Patellaria leptocheila, s. *Lecidea leptocheila* Tuck. Obs. 1864 p. 280: Puigg. n. 199 (anno 1880 miss.), nec non *Patellaria tuberculosa*, s. *Lecidea tuberculosa* Fée Ess. p. 107 t. 17 fig. 1: Puigg. n. 491 pr. p.

356. *Patellaria* (s. *Bilimbia*) *sororia* Müll. Arg. Thallus leprosus, e cinereo lurido-fuscescens, crebre granuligerus, granula virenti-pallida, subirregularia; apothecia $^1/_2$—$^3/_5$ mm. lata, novella minora et plana et indistincte marginata, evoluta immarginata et convexa, hinc inde confluentia, e prolificatione botryoso-gibbosa, semper fusco-atra, opaca, intus concoloria; epithecium atro-rufum, lamina obscure rufescens, inferne cum parte superiore hypothecii cerasino-fusca (ut in *Lecanora atra*), hypothecium rufescenti-atrum v. obscure fuscum et crassum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae (hyalinae) 4-loculares, oblongo-ovoideae, 15—16 μ longae, $6^1/_2$—7 μ latae, pachydermeae. — Similis *P. melaenae*, s. *Lecideae melaenae* Nyl. Scand. p. 205, sed thallus et lamina alia et sporae ambitu latiores. A proxima *P. sororiella*, s. *Lecidea sororiella* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 57 in eo differt quod thallus longe obscurior, fuscescens, apothecia obscuriora, atra, epithecium distinctum, rufescens, lamina inferne cerasino-fusca et sporae majores. — Crescit terricola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1191.

357. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *subpellucida* Müll. Arg. Thallus tenuis, effusus, albido-cinereus, laevis v. demum ruguloso-inaequalis; apothecia tantum $^1/_4$ mm. lata, sessilia, gyalectina, obscure e fulvescenti rubricosa, demum fuscescentia, prominenter et obtuse marginata, madefacta et sicca subpellucida, subnitidula, discus angustus et modice depressus; lamina tota cum hypothecio hyalina, perithecium in sectione fulvescens, paraphyses facile liberae, asci subangusti et 8-spori; sporae (hyalinae) circ. 30—33 μ longae, $2^1/_2$—$3^1/_2$ μ latae, (7—9—) 11-septatae, rectae v. sigmoideo-curvulae. — Extus prima fronte *Patellariam hostheleoidem*, s. *Lecideam hostheleoidem* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 60 simulat, sed apothecia minora, subpellucida et sporae longe magis divisae. Juxta *Patellariam glabellam*, s. *Lecideam glabellam* Krplh. Neue Beiträge zur Flechtenfl. v. Neu-Seeland, p. 4, aliter coloratam, locanda est. — Crescit corticola in insula de Becreo in Republica Argentinensi: Prof. O. Schnyder.

358. *Patellaria* (sect. *Bacidia*) *subluteola*; *Lecidea subluteola* Nyl. in Flora 1869 p. 122, Krplh. Lich. Glaz. p. 42. — Etiam prope Apiahy lecta: Puigg. n. 243, 1244.

— — v. *laeta* Müll. Arg. (thallus margine albo-byssinus ut in forma genuina speciei), apothecia laete rufescentia, discus nudus, v. hinc inde pallide pruinosus, margo junior albidus, demum carneus, sc. disco pallidior; epithecium fulvo-fuscescens (pallidius quam in forma genuina). — Primo intuitu valde recedit at certe ad hanc speciem pertinet, apothecia enim pauca adsunt clare transitum praebentia. — Corticola rescit in Brasiliae prov. San Paolo prope Apiahy: Puiggari n. 248.

359. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *multilocularis* Müll. Arg. Thallus leproso-granularis, mediocris, margine non byssino-radians, virens, madefactus prasino-viridis; gonidia globosa, circ. 4—7 μ lata; apothecia sessilia, basi contracta, novella gyalectino-concava, crassa et primum pallidius marginata, dein subplana, margine tenui et acuto intus nonnihil obscure rufo-nigrescente cincta, caeterum tota e carneo rufescentia v. fere spadiceo-rufescentia, nuda, evoluta $1^1/_2$ mm. lata, epithecium fulvo-fuscescens, lamina cum hypothecio hyalina; sporae in ascis octonae, nonnihil spiraliter tortae, evolutae 95 μ longae et 5 μ latae, demum circ. 18—25-septatae, loculi paullo latiores quam longi. — Species haud facile enucleanda, fere omnino quasi forma speciosa *P. rubellae*, sed sporae magis divisae, loculi non oblongati et apotheciorum majorum indoles alia. Facile etiam pro forma denudata speciosa *Patellariae millegrana*, s. *Lecideae millegrana* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 64 habenda, at thallus aliter coloratus, apothecia et sporae majora. Apothecia quoad colorem fere conveniunt cum *Patellaria spadicea*, s. *Lecidea spadicea* auctor., et cum iis *Patellariae millegrana* v. *fusconigrescentis*. — Crescit corticola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 491 pr. p.

360. *Lopadium callichroum* Müll. Arg. Thallus (muscis instratus) olivaceo-virens, tenuissimus, continuus, laevis; gonidia et solitaria globosa et glomerulosa; apothecia $^3/_4$—1 mm. lata, obconica, sessilia, margine nunquam prominente obtuso cincta, plana, primum undique carnea, dein bicoloria, oculata, quoad discum a centro marginem versus sensim helvolo-fuscescentia, margo et excipulum madefacta subaureo-translucentia et sicca disco longe pallidiora, demum magis sed modice convexa et supra undique fusco-nigricantia; lamina fulvescenti-subobscurata, tenax, epithecium haud distinctum, hypothecium fusco-fulvescens, paraphyses tenuissimae et crebre intricatim ramosae, asci angusti et 4—8-spori; sporae 60—120 μ longae, tantum 12—13 μ

latae, absque membrana crassa sed eximie hyalina tantum 5—9 μ latae, circ. 20-loculares, loculi subquadratici, longitrorsum 1—2-septati v. subinde pro parte insuper transversim secti. — Species valde distincta. — Crescit supra muscos prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1392.

361. *Buellia xantholepis* Müll. Arg. Thallus intense subcitrinus (ut in *Rhizocarpo geographico*), tenuis, disperso-areolatus, areolae plano-convexae, obtuse angulosae, $^1/_4$—$^1/_2$ mm. latae, subopacae; hypothallus ater, rarescens; apothecia plus minusve e centro areolarum solitarie crescentia, nigra, opaca, valde juvenilia sessilia et distincte anguste nigro-marginata, margine subprominente, evoluta dein subtriplo majora et diametro $^1/_4$ mm. aequantia, immarginata v. subimmarginata, convexiuscula et opaca, atra et nuda; epithecium atro-fuscum, lamina valde hyalino-alba, hypothecium hyalinum; asci 8-spori; sporae ellipsoideae, fuscae, 2-loculares, 9 μ longae et 6—7 μ latae. — Species eximie distincta, microcarpa, microspora. Thallus longe intensius coloratus quam in *B. vernicoma* Tuck., cujus sporae cæterum 4-loculares et thallus minute granulosus. — Habitat ad saxa quartzosa prope Faxina in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1239.

362. *Buellia diplotommoides* Müll. Arg. Thallus sat tenuis, crebre rimoso-areolatus, cinereus v. demum rufescenti-cinereus, opacus, areolae planae, contiguae; hypothallus ater; apothecia diu exigua et immersa et more *Diplotommatis* margine spurie thallino cinereo conniventi-denticulato v. crenato acute prominente cincta, dein duplo triplove majora et innato-emergentia v. innato-sessilia, $^3/_4$ mm. lata, plana et margine tum e cinereo nigro subintegro tenui vix prominente praedita, discus ater, opacus, epithecium fulvescenti-fuscum, lamina hyalina, hypothecium fuscescenti-hyalinum; sporae in ascis octonae, 2-loculares et fuscae, 10—12 μ longae et 5—6 μ latae, ambitu latiusculae et utrinque rotundato-obtusae. — Apothecia juniora omnino *Diplotommatis* speciem simulant, sed immersa sunt ut in *Buellia ocellata*, at omnino aliter quam in hac marginata. Thallus fere ut in *B. stellulata*, areolae tamen planiores et apothecia valde diversa. Juxta *B. rinodineam* Mass. Cap. p. 31 inserenda est. — Crescit ad saxa quartzosa prope Faxina in Brasiliae merid. prov. San Paolo: Puiggari n. 1207.

E vicinitate urbis Apiahy cl. Puiggari etiam *Buelliam modestam* Müll. Arg., sc. *Lecideam modestam* Krplh. Lich. Warm. p. 387 n. 86 misit.

363. *Coenogonium acrocephalum* Müll. Arg. Habitus ut in *C. Linkii* sed magis flavicans v. demum decolorando-albescens, subpollicaris; filamenta gonidiigera (14—) 17—20 μ lata et cylindrica, microgonidiigera autem s. involventia sat numerosa et valde tenuia; gonidia subduplo longiora quam lata; apothecia sat copiosa, evoluta fere $^3/_4$ mm. lata, novella albida et integre crasse marginata, evoluta integre tenuiter marginata et demum immarginata, aurantiaco-carnea v. pallide subcerino-carnea; lamina ut in congeneribus hyalina, 55 μ alta, epithecium indistinctum, paraphyses insigniter liberae, apice abrupte et late capituligerae; asci tenues et 8-spori; sporae 7—$8^1/_2$ μ longae, 2—3 μ latae, utrinque acutiusculae, 2-loculares et indivisae. — *A proximo C. Leprieurii differt filamentis gonidiigeris crassioribus*, apotheciis junioribus multo crassius et integre marginatis et paraphysibus crassioribus valde solutis apice abrupte in capitulum iis 3-plo crassius abeuntibus. — Crescit ad ramos arborum prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 157 (1878) et prope Iguape in eadem provincia: Puiggari n. 156.

364 *Coenogonium depressum* Müll. Arg. Thallus e filamentis circ. $^1/_3$ mm. longis subdepresso-radiantibus v. depresso-subintricatis laxe caespitosulis et flavescentibus formatus, filamenta 4—8 v. raro usque 13 μ lata, distincte articulata, nunc simplicia, nunc elementis tenuibus paucis obducta, subregulariter cylindrica, articuli filamentorum $1^1/_2$—3-plo longiores quam lati, sat regulariter cylindrici. Apothecia et sporae ignota. — *Coenogonium dialeptizum* Stirt. Lich. on Leaves p. 5 structura filamentorum recedit. — Habitat foliicola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1034.

365. *Ocellularia* Spreng. Syst. Veg. 4. p. 237 et 242 emend., illas species *Thelotrematis* auct. includat, quae sporis hyalinis transversim divisis praeditae sunt.

366. *Ocellulariae* sect. *Ascidium* Müll. Arg.; Genus *Ascidium* Fée Meth. Lich. p. 27, Ess. p. XLII et 96, t. 1 fig. 22; Suppl. p. 91; Montg. Syllog. p. 364, Nyl. et Auct. pr. p. Protuberantiae thallinae superficiales, subhemisphaericae, crassiusculae, vertice plus minusve distincte depressae, apertura poriformis, osculum plus minusve emerso-prominens.

367. *Ocellularia* (sect. *Ascidium*) *gracilis* Müll. Arg. Thallus cinereus v. albicans, sat tenuis, continuus, modice granuloso-inaequalis v. sparse granulosus, ambitu linea hypothallina nigra cinctus; protuberantiae thallinae fertiles $^2/_3$—$^3/_4$ mm. latae, de-

presso-hemisphaericae, vertice distincte sed modice late concavae, undique laeves et aequales, intus aurantiacae, centro depressionis prominente, sc. ostioli margines subarcte conniventes distincte assurgentes, quasi porum stellatim dehiscentem formantes, perithecium exterius (tectum) tenue, electrino-fulvescens, interius crassum et fuscum, inferne mox evanescens; discus niger, perangustus, demum paullo latior; hypothecium hyalinum, lamina hyalina, asci 4—7-spori, saepius 4-spori; sporae (hyalinae) 100—110 μ longae, 18—19 μ latae, Graphidum more 20—25-loculares. — Apothecia ut in *Ascidio Domingensi*, sed graciliora, intus colorata, sporae non solitariae, angustiores ut in borneensi (dissimili) *Ascidio granulifero* Krplh. Inter utrumque inserenda est. — Crescit corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 356.

— — v. *laevigatum* Müll. Arg. Omnia ut in forma genuina speciei sed thallus laevigatus. — Crescit ibidem: Puiggari (sine no.).

368. *Thelotrematis* Ach. Meth. p. 230 (1803) et Univ. p. 62 et 312 sect. *Pseudo-Ascidium* Müll. Arg. Omnia ut in *Ocellulariae* sect. *Ascidio*, sed sporae parenchymaticae (hyalinae). — Genera *Thelotrema* et *Ocellularia* affinia immo summopere affinia sunt *Graphidi*, nec *Lecanoreis* adscribenda sunt.

369. *Thelotrema* (sect. *Pseudo-Ascidium*) *gibberulosum* Müll. Arg. Thallus tenuis, albido-cinereus, gibberuloso-inaequalis, nitidulus; gonidia abbreviato-chroolepoidea; verrucae apothecigerae $^3/_4$(—1) mm. latae, hemisphaericae, adnato-sessiles, basi saepe obsolete constrictae, vertice modice depressae, leviter gibberulosae, poro apertae, ad osculum integrum saepius distincte sed minute annulo subprominente ornatae, intus albidae; perithecium proprium tenue et nigricans, epithecium olivaceum; lamina et hypothecium hyalina; asci 2-spori; sporae 75—120 μ longae et 18—38 μ latae (hyalinae), transversim circ. 12—15-septatae, loculi longitrorsum 1—3-septati, locelli subinde cruciatim divisi. — Prope *Thelotrema interpositum*, sc. *Ascidium interpositum* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 51, obs., locandum est. Habitu simile est „*Ascidio Cinchonarum* Fée“. — Ad cortices habitat in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 1514.

370. Eine altägyptische Flechte. Es sei hier nur kurz bemerkt, dass mir neulich Dr. Schweinfurth in Cairo eine Flechte aus den altaegyptischen Gräbern, der 18. Dynastie (1700—1400 Jahre vor unserer Zeitrechnung) zusandte, welche demnach über 3000 Jahre alt sein muss. Sie fand sich in einem

Gefäss mit Beeren von *Juniperus excelsa* und von *Sapindus*, nebst andern noch nicht näher bestimmten Samen. Die der Form nach noch ziemlich gut erhaltenen Bruchstückexemplare sind ausserordentlich weich und fast ganz entrindet und daher auch gelbweisslich, und auf den ersten Blick glaubt man eine Form von *Evernia Prunastri* vor sich zu haben; allein auf der untern Seite des Thallus kommen da und dort inselchenweise oder auch mehr oder weniger zusammenhängend mattschwarze und consistentere Flächen vor, die nicht etwa aufgetragenem Firniss, Lack oder so etwas ihre Farbe verdanken, sondern anatomisch vollkommen mit der so characteristischen schwarzen Unterfläche der heutigen *Parmelia furfuracea* Ach.. Meth. p. 254, Th. M. Fries (*Evernia furfuracea* Auct.) übereinstimmen, und somit den Beweis liefern, dass die Flechte als mehr oder weniger entrindetes Stadium dieser *Parmelia furfuracea* aufzufassen sei.

Nun werden aber diese beiden Lichenen, *Parmelia* und *Evernia*, sowie auch *Cetraria islandica*, von denen keine in Aegypten wächst, noch heutzutage in den Apotheken Aegyptens als fremde Droguen verkauft, und es liegt daher, nach Dr. Schweinfurth's brieflicher Bemerkung, hierin ein neuer Beweis vor, dass der Gebrauch ausländischer Medicamente bei den Aegyptern in ein hohes Alter hinaufreicht.

Literatur.

Führer in's Reich der Pflanzen Deutschlands, Oesterreichs und der Schweiz von Dr. Moritz Willkomm, Prof. der Botanik in Prag. 2. umgearbeitete Auflage des Führers in's Reich der deutschen Pflanzen. Mit 7 Tafeln und ca. 800 Holzschnitten nach Zeichnungen des Verf. Leipzig, Mendelssohn, 1881. 1. u. 2. Lieferung à Mk. 1,25.

Willkomm's im Jahre 1863 erschienenen Führer in's Reich der Pflanzen haben wir damals bereits mit Freuden begrüsst und ihn im Lauf der Jahre immer mehr lieb gewonnen. Die nun erschienene 2. Auflage ist, wie die ersten beiden Lieferungen zeigen, ganz im Sinne der ersten Auflage gehalten. Die Einleitung, welche die Pflanze und ihre Theile, sowie eine alphabetische Aufzählung der terminologischen Ausdrücke umfasst

und durch 7 Tafeln illustrirt wird, blieb ziemlich unverändert. Für die eigentliche Aufgabe des Führers aber, der in Tabellen die Bestimmung der Gattungen und Arten der wildwachsenden und sehr vieler Culturpflanzen enthält, sind die Grenzen des Gebietes erweitert, die Zahl der so überaus instructiven Holzschnitte, die keine müssige Zugabe bilden, sondern schwierigere Unterscheidungsmerkmale klarer hervorheben sollen, ist bedeutend vermehrt; eine Charakteristik der im Gebiete vorkommenden Familien wurde neu hinzugefügt. Es ist das Werk in Wahrheit eine gewissenhaft umgearbeitete und vielfach vermehrte Auflage, die wir auf's beste empfehlen können.

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

135. Dr. J. Steiner, Verrucaria calciseda. Petractis exanthematica. Ein Beitrag zur Kenntniss des Baues und der Entwicklung der Krustenflechten. Klagenfurt 1881.
136. Dr. H. R. Goeppert, Revision meiner Arbeiten über die Stämme der fossilen Coniferen.
137. Dr. H. R. Goeppert, der botanische Garten Breslau's im Jahre 1881.
138. F. ab Herder, Fontes Florae Rossicae.
139. Proceedings of the American Academy of arts and sciences. New Series. Vol. VIII. Part. I. Boston 1881.
140. Smithsonian Report for the year 1879. Washington 1880.
141. Academy of Natural Sciences of Philadelphia, Proceedings 1880.
142. — Journal Vol. VIII. Second Series. Part. IV. Philadelphia 1871—81.
143. Botanisches Centralblatt. 2. Jahrg. 7. Bd. Cassel, Fischer, 1881.
144. F. de Thümen, Contributiones ad Floram mycologicam Lusitanicam. Series III. Coximbricae 1881.
145. Dr. L. Just, Botanischer Jahresbericht. 6. Jahrg. (1878) 1. Abth. 2. Theil. Berlin, Borntraeger, 1881.
146. F. ab Herder, Addenda et emendanda ad plantas Raddenanas monopetalas.
147. G. C. W. Bohnensieg, Repertorium annuum Literaturae Botanicae periodicae. Tomus VI. 1877. Harlemi, Erven Loosjes. 1881.
148. Dr. H. Karsten, Die Meteorite und ihre Organismen. Sep.-Abdr. aus: „die Natur."
149. M. G. Rouy, Matériaux pour servir à la révision de la Flore Portuguise
150. — Sur quelques plantes rares de la Flore Française.
151. A. Zimmermann, Ueber mechanische Einrichtungen zur Verbreitung der Samen und Früchte mit bes. Berücksichtigung der Torsionserscheinungen. Inaug.-Dissert. Berlin, Bernstein.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

FLORA.

64. Jahrgang.

№ 34. Regensburg, 1. Dezember 1881.

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — C. Warnstorf: Brachythecium Venturii nov. spec. — Literatur. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio octava et tricesima. — Exponit W. Nylander.

1. Collemopsis vermiculata Nyl.

Thallus fuligineo-niger vel fusco-nigricans vel passim cinerascens, opacus, rugulosus, sat tenuis, areolato-diffractus, deplanatus; apothecia fusca (passim obscure rufescentia), innata, plana vel concaviuscula (latit. 0,2—0,5 millim.); sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,017—23 millim., crassit. 0,007—0,010 millim., paraphyses graciles. Iodo gelatina hymenialis dilute coerulescens, dein lutescens.

Super saxa dolomitica ad Budapest (Lojka).

Maxime accedens ad *C. caesiam* Nyl., sed thallo magis deplanato et distinctius tessellato-diffracto etc.[1])

2. Lecanora Budensis Nyl.

Thallus olivaceus tenuis inaequalis areolato-diffractus (crassit. circiter 0,2 millim.), ambitu non effiguratus; apothecia badiofusca (latit. 0,5 millim. vel minora), margine thallino integro

[1]) *Collemopsis diffracta* (Nyl. sub *Collemate* in Prodr. Gall. p. 20) etiam in Transsylvania obvenit (ex collect. Lojka).

cincta, demum convexula margine thallino excluso; sporae 8nae dilute obscuratae, oblongae, 1-septatae, longit. 0,014—22 millim., crassit. 0,004—6 millim., epithecium fuscescens e clavis paraphysum gracilescentium. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Super saxa calcarea prope Budapest (Lojka).

Est species facie accedens ad *L. Zwackhianam* Kphb., Zw. L. 256, a qua distinguitur jam sporis oblongis (in *L. Zwackhiana* sunt ellipsoideae, longit. 0,014—15 millim., crassit. 0,008—0,010 millim.). Sterigmata 2—3-articulata, articulis non turgidis; spermatia bacilliformia, longit. 0,0035 millim., crassit. 0,0005—6 millim. — In *L. olivacea* Duf. thallus subsimilis, sed ambitu subeffiguratus. — *R. crustulata* Mass. sporis „subincurvis“ differe videtur (in Arn. Fora 1872, p. 40, sub eo nomine res aliae commixtae, nam spermatia indicantur duplo majora quam sunt in *L. Budensi*). — In Arn. L. 536 datur var. *sublobata* Arn. differens a *L. Budensi* thalli ambitu hypothallo nigro cincto, sporis brevioribus, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,005—6 millim. (ad septum constrictiusculis), articulis sterigmatum turgidulis, spermatiis longit. 0,0035—45 millim., crassit fere 0,001 millim. Sporae rectae (minime „non raro curvulae“). Haec *L. sublobata* (Arn.) in Carniola calcicola (Lojka).

3. *Lecanora subplanata* Nyl.

Similis (etiam reactionibus: thallo CaCl aurantiaco-subery-thrinose reagente) *L. subradiosae* Nyl., sed thallo subplanato, crebre rimoso-areolato.

Supra saxa arenaria prope Trikuli et porphyrica prope pagum dictum Mehádia in Hungaria (Lojka).

Thallus crassitiei 0,4—0,7 millim., determinatus.

4. *Lecanora exspergens* Nyl.

Thallus glaucescens vel glaucescenti-flavidus, opacus, squamuloso-granulatus, adnatus, squamulis minutis demum majoribus sejunctis (latit. 1 millim. vel minoribus, crassit. fere 0,2 millim.), margine subcrenatis, saepissime confertis contiguis et facile sorediosis aut plus minusve sorediosis, hypothallus niger; apothecia carneo-testacea (rarius livescentia), sparsa vel aggregata (latit. 0,3—0,9 millim.), margine thallino demum subcrenato cincta; sporae 8nae ellipsoideo-fusiformes, longit. 0,008—0,012 millim., crassit. 0,0035—45 millim., epithecium granulosum,

paraphyses mediocres. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Supra saxa quartzoso-trachytica et arenaria in Transsylvania (Lojka).

Species distinctissima e stirpe *L. variae*. Spermatia leviter arcuata, longit. 0,014—19 millim., crassit. 0,0005—6 millim. Thallus K vix flavescens. Variat hypothallo (nigro) non visibili. Variat etiam thallo subleproso-verrucoso, crassit. circiter 0,5 millim.

5. *Lecanora anoptiza* Nyl.

Thallus fuscescens tenuissimus opacus, passim evanescens; apothecia badio-lurida biatoroidea plana (latit. 0,2—0,3 millim.), margine subpallescente; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium fuscescens, paraphyses non bene discretae. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Super corticem trunci abietini ad Mont-Dore in Arvernia (E. Lamy).

Species ad *L. anoptam* accedens, ut videtur, at jam sporae breviores, saepe subglobosae, differentiam indicant. Gonidia versus perithecium in hypothecio intrusa. Spermatia arcuata, longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,0005 millim. Affinior sit *Lecanorae Hageni*.

6. *Lecanora intercincta* Nyl.

Thallus umbrino-cinerascens tenuis opacus laevigatus rimulosus; apothecia atra opaca prominula plana (latit. 0,4—0,6 millim.), margine thallino firmo supra albicante cincta, intus obscura; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,006—8 millim., epithecium fuscum. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

Super saxa quartzosa in Serra de Estrella jugo montoso Lusitanico (J. Henriques).

Species notabilis propriae fere stirpis inter stirpem *L. cervinae* et *L. cinereae* intermediae Thallus nec K nec CaCl reagens; locis substrati magis umbrosis decolor et subalbidus. Apothecia saepe umbonata; lamina eorum tenuis lutescens; paraphyses mediocres apice sensim subclavato infuscatae. Sterigmata sub-biarticulata; spermatia ellipsoidea, longit. 0,003 millim., crassit. 0,0015 millim.

7. *Lecidea perparvula* Nyl.

Thallus macula albida obsolete indicatus; apothecia fusconigrescentia convexula immarginata (latit. 0,1—0,2 millim.), intus pallida; sporae 8nae ellipsoideae vel suboblongae, longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., epithecium fuscum, paraphyses non distinctae, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Super lignum abietinum vetustum in Arvernia ad Mont-Dore (Lamy).

Species peculiaris, quae facile disponatur prope *L. obscurellam*, nisi paraphyses obstarent. Spermatia subrecta bacilliformia, longit. circiter 0,006 millim., crassit. 0,0005 millim. Paraphyses molles parcae vel vix ullae.

8. *Lecidea decolorascens* Nyl.

Thallus albido-flavescens tenuis leprosus, passim subdispersus; apothecia versicoloria, lutescentia, luteo-livescentia, obscure aeruginascentia vel demum nigricantia, planiuscula aut convexiuscula, immarginata (latit. 0,5—0,7 millim.), intus incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae, longit. 0,010—17 millim., crassit. 0,004—6 millim., paraphyses non bene discretae, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

Supra muscos destructos alpis Dzurowa in Hungaria (Lojka), socia *Lecideae milliariae.*

Species distincta, forsan prope *L. decolorantem* Flk. disponenda. Thallus subtiliter leprosus CaCl non erythrinice reagens.

9. *Lecidea caesiolepra* Nyl.

Thallus caesius leprosus mollis tenuis effusus subrimosus; apothecia fusca, leviter caesiopruinosa (latit. circiter 0,5 millim.), margine thallino evanescente; sporae 8nae incolores ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses submediocres apice inspersae. Iodo gelatina hymenialis dilute coerulescens, dein thecae fulvescentes.

Supra saxa arenaria et terram e quartzo dilabente formatam in insula Bréchou juxta Jersey (Larbalestier).

Species e stirpe *L. cyrtellae.* Thallus K flavescens; gonidia glomerulosa. Thecae turgide pyriformes. Spermogonia pallida.

10. Lecidea rhyparophaea Nyl.

Thallus obscure cinerascens vel fuscescenti-cinerascens, tenuis, tenuiter granulosus, effusus; apothecia fuscescentia vel obscure rufescentia, convexa, immarginata (latit. 0,5—0,7 millim. vel nonnulla confluenti-composita latit. circiter 1 millim.), juniora plana marginata, intus pallida; sporae 8nae oblongae 1-septatae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,0025—0,0035 millim., paraphyses bene discretae, graciles vel gracilescentes, apice clavato-incrassato rufo-fuscescente, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

Supra saxa arenaria prope Bajesd in Transsylvania (Lojka).

Species e stirpe *L. cyrtellae* (ob spermogonia congrua) apotheciis omnino biatorinis, facie vero *Lecanorae erysibes* cujusdam. Affinis est *L. Lojkanae*, quae apothecia habet minora et thallum alium (cfr. Flora 1881, p. 450).

11. Lecidea ridescens Nyl.

Forsan subspecies *L. geographicae* et ejus var. *atrovirentis* (L.) vel potius *L. viridiatrae* Flk. subsimilis, sed areolis thalli flavo-virentibus convexis subsparsis supra sorediosis vel sorediosoerosis (sorediis concoloribus). Sporae longit. 0,025—30 millim., crassit. 0,012—16 millim.

Supra saxa quartzoso-trachytica supereminentia oppidi Veres-patak in Transsylvania (Lojka).

Reactionibus convenit sum *L. viridiatra*.

12. Lecidea plumbicolor Nyl.

Thallus plumbeo-cinerascens verrucoso-crustaceus, granulato-verrucosus vel verrucoso-diffractus (crassit. 1 millim. vel tenuior), indeterminatus; apothecia nigra (saepius leviter caesio-suffusa), plana, innata, tenuiter marginata vel margine demum subevanescente, intus albido-cinerascentia; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,003—4 millim., epithecium coerulescenti-nigricans, paraphyses mediocres, hypothecium inferius obsolete vage fuscescens. Iodo gelatina hymenialis bene coerulescens, dein obscurata et thecae violacee fulvescentes.

Super saxa quartzoso-trachytica in Transsylvania (Lojka).

Species videtur e stirpe *L. tenebrosae*, thallo nec K, nec CaCl, nec I reagente. Spermatia recta, longit. 0,008—0,011 millim.,

crassit. 0,0005—6 millim. — Non confundatur cum *L. subplumbea* Anzi, quae ejusdem coloris.

13. Lecidea praeducta Nyl.

Thallus albidus tenuis areolato-rimosus indeterminatus; apothecia nigra plana, distincte marginata (vulgo latit. 0,5—0,7 millim.), intus concoloria; sporae 8nae oblongae simplices, longit. 0,009—0;013 millim., crassit. 0,0035—45 millim., paraphyses gracilescentes, epithecium fuscescens subinspersum, hypothecium fuscum. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein obscurata.

Super saxa porphyrica prope pagum dictum Mehádia in Hungaria (Lojka.)

Arcte affinis videtur *L. sarcogynoidi* (quae etiam thallo evoluto subsimili lecta a Lamy ad Rochechouard), sed apothecia hypothecii nullo strato medio dilutiore praesertim differt. Thallus nec K, nec I reagens. Thalamium praesertim superne nonnihil violascens (K cum epithecio magis violascens). Epithecium acido nitrico rosello-violascens (praecedente coerulescentia). Spermatia bacilliformia recta, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0006 millim.

14. Lecidea platycarpiza Nyl.

Thallus albus vel albidus, tenuis, dispersus, inaequalis vel evanescens; apothecia nigra plana marginata (latit. 1—2 millim.), nuda vel pruinosa (margine nudo), intus nigra strato hymeniali albido; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses fere mediocres, epithecium sordide coerulescens, hypothecium fuscum. Iodo gelatina hymenialis intensive persistenterque coerulescens et thecae similiter tinctae.

Super saxa granitica umbrosa vallis Koprowa, Tatra, in Hungaria (Lojka).

Sumi possit pro *L. contigua platycarpa*, sed sporae multo minores. Apothecia majora quam in *L. meiospora*. Thallus nec K, nec I reagens. Epithecium Acido nitrico rosello-tinctum.

15. Arthonia psimmythodes Nyl.

Thallus albus, tenuis, vel tenuissimus, subdispersus; apothecia innata maculiformia, rotundato-subangulosa, plana (latit. 0,2—0,3 millim.), intus albida; sporae 8nae incolores oblongo-oviformes 3-septatae, longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,006 millim., epithecium fuscum; thalamium subincolor, hypothecium incolor.

Iodo gelatina hymenialis bene coerulescens, dein vinose rubescens.

Super saxa arenaria ad Thermas Herculis in Hungaria (Lojka).

Species peculiaris et reactione thalli erythrinica, praesertim K (CaCl) effecta, notabilis. Apothecia sat sparsa vel rara. Thallus demum tenuiter rimulosus; gonidia chroolepoidea mapuscula, sat parca.

16. Arthonia ruderella Nyl.

Forsan subspecies *A. lapidicolae*, a qua differt praesertim apotheciis minoribus (latit. 0,1—0,3 millim.), epithecio et hypothecio fuscis vel fuscescentibus (nec dilute nigrescentibus).

Supra saxa arenaria et lapides calcareos in sylva Fontisbellaquei (ipse) atque supra saxa gneissacea in Transsylvania (Lojka).

In *A. lapidicola* (Tayl.) epithecium aliud, subcontinuum, in *A. ruderella* subgranulosum; et in hac sporae lognit. 0,010—14 millim., crassit. 0,0035—45 millim.; in *A. lapidicola* longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,004—7 millim. In *A. ruderella* thallus cinerascenti-obscuratus vel varians obscure ochraceo-cinerascens, tenuissimus, continuus,[1]) vel evanescens. — Ad *A. lapidicolam* pertinet *A. ruderalis* Nyl. (exactissime congrua cum typo Tayloriana *L. lapidicolae*) et quoque *C. Koerberi* Lahm., Arn. L. 722.

17. Verrucaria viridulata Nyl.

Thallus sordide virens, opacus, tenuis, rimosus vel rhagadiosus, effusus; apothecia pyrenio integre nigro submediocria (latit. circiter 0,25 millim.), supra convexula prominula et a thallo obducta; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,020—25 millim., crassit. 0,012—14 millim.

Supra saxa micaceo-schistosa infra alpem Retyezát in Transsylvania (Lojka.)

Species videtur distincta in stirpe *V. aethiobolae*, thallo virente opaco etc.

---

[1]) Singulari ineptia apud auctores inattentos vel inexpertos adhibetur terminus continuus (qui significat: non interruptus, non diffractus, non rimosus) eodem sensu atque terminus contiguus (qui significat: vicinus vel qui tangit). Significationes eorum tamen sunt dissimillimae.

18. Verrucaria subcincta Nyl.

Thallus albus tenuissimus indistinctus apothecia; pyrenio dimidiato-nigro (latit. 0,3 millim. vel minore), supra depressula (inde facile lecideiformia); sporae 8nae ellipsoideae oblongae, longit. 0,015—20 millim., crassit. 0,006—7 millim.

Supra saxa calcarea in Hungaria prope pagum Teplicska (Lojka).

Species fortasse distincta in stirpe *Verrucariae muralis* prope *V. truncatulam* disponenda. Apothecia basi circumcirca thallodeo-obducta, superne denudata. Gonidimia sat parca, glomerulosa. Variant apothecia nuda.

19. Verrucaria glauconephela Nyl.

Thallus macula albido-glaucescente opaca indicatus, ambitu subalbicante; apothecia pyrenio dimidiatim nigro (latit. fere 0,2 millim.), convexo, sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,006—8 millim.

Super saxa calcarea occulta ad Budapest (Lojka).

Species forsitan distincta, accedens ad *V. limitatam* Kphb.; thallo autem nullis lineolis obscuris limitantibus gaudente.

20. Verrucaria epomphala Nyl.

Thallus tenuissimus laevis, macula albida indicatus, passim lineis obscuris sinuosis limitatus; apothecia supra nigra, parum turgidula (latit. circiter 0,5 millim.), epithecio umbilicato-depresso, parte immersa (subcalcivora) incolore; sporae 8nae oblongae 5-septatae (intercedente aliquando uno alterove septulo longitudinali sensu interducto), longit. 0,036—40 millim., crassit. circiter 0,016 millim.

Super lapides calcareos subinundatos prope pagum Ponor-Chába in Transsylvania (Lojka).

Species distinguenda sit affinis *Verrucariae Sprucei* et *rugulosae*. Gonidimia glomerulosa.

21. Verrucaria circumpersella Nyl.

Thallus vix ullus visibilis; apothecia pyrenio integre nigro subglobulosa prominula (latit. 0,1—0,2 millim.); sporae 8nae incolores oblongo-ellipsoideae 3-septatae, longit. 0,018—24 millim., crassit. circiter 0,008 millim., paraphyses nullae. Iodo gelatina hymenialis dilute vinose rubescens (protoplasma thecarum intensivius tinctum).

Super lapides calcareos subinundatos in Transsylvania (Lojka), socia *Verrucariae cataleptoidis* Nyl.

Comparabilis cum *V. interspersella* Nyl. in Flora 1881, p. 182, sed in hac sporae minores (longit 0,017—22 millim., crassit. 0,006 millim.), paraphyses, gelatina hymenialis non tincta etc. differentiam mox indicant, nec ambae ejusdem sunt stirpis. *V. circumspersella* potissime pertineat ad stirpem *V. pyrenophorae*. Thecae molles.

Observationes.

1. *Parmelia omphalodes* var. *leucodes* Nyl., fere *panniformis*, sed thallo pro maxima parte glauco-albicante, laciniis subconvexulis, notabilis. In Lusitania, Serra de Estrella (J. Henriques). — Physciiformis, sterilis modo visa. Ulterius observanda.

2. *Parmelia physodes* var. *obscurata* Ach. Syn. p. 218. Nomen hocce vix conservandum est, nam facile propriam speciem respicit atque adest jam subspecies alia generis dicta *obscurata*. Illa mihi saltem subspecies est *Parmeliae physodis* et nominetur *P. austerodes*. Differt thallo versicolore, partim badio-fuscescente, subrosulato, facile rugoso et isidioso (isidio papilloso conferto in speciminibus e Dovre reportatis a cl. Norrlin in fasciculisque proximis distribuendis). Apothecia nondum visa. — Notetur hic obiter, *P. physodem* cum affinibus fere subgeneris esse proprii, defectu rhizinarum distinguendi (*Hypogymnia*).

3. *Physcia dimidiata* (Arn. L. 272) fere est propria species, accedens ad *Ph. albineam*, sed thallo planiore, laciniis brevioribus latiusculis, saepe margine sorediosis. Saxicola, ad Eichstaett (Arnold) ad Força-real in Pyrenaeis orientalibus (ipse), ad Budapest (Lojka). — *Ph. tribacia* (Ach.) facile distinguitur laciniis imbricatis et apice digitato-crenatis.

4. *Heppia tenebrata* Nyl. in Flora 1874, p. 310. Thallus niger verrucoso-inaequalis diffractus (crassit. circiter 0,5 millim.), ambitu passim subplacodizans; apothecia subrufescentia lecanorina (latit. fere 0,3 millim. vel minora), margine thallino crassulo cincta; sporae circiter 24nae (in thecis fusiformibus), subglobosae, diam. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres articulatae. Iodo gelatina hymenialis vinose rubescens, praecedente coerulescentia. — Etiam in Transsylvania super saxa calcarea prope Petro-

seny (Lojka). — Species eximia proxima *Heppiae purpurascenti* Nyl., quae thallum habet tenuiorem, apothecia purpurascentia, sporas majores etc. Sed in *H. tenebrata* etiam thalamium passim purpurascit et quoque invenitur passim sub thallo pigmentum purpurascens (quod K violascit).

5. *Lecanora castanoplaca*. Sic nominetur thallus sterilis castaneus vel aquilinus placodiiformis, sat tenuis, intricate et subimbricate congestus, ambitu radiante arcte adnato, radiis contiguis (latit. 0,2—0,3 millim.). Sterigmata pauci-articulata, articulis turgidulis; spermatia oblonga, longit. 0,003—4 millim., crassit. 0,001 millim. vel nonnihil crassiora. Forsan pertinet ad stirpem *Lecanorae sophodis*, sin sit *Physcia*. — Super saxa gneissacea in Transsylvania (Lojka no. 2324).

6. *Lecanora elaeoplaca*. Etiam sterilis modo visa, thallo olivaceo deplanato, toto adpresso, areolato-diffracto et rhagadioso, ambitu lobato-radiante, divisionibus planioribus latioribusque et rhagadiose inter se discretis. — Super saxa siliceo-argillacea prope Budapest (Lojka). — Forsan affinis priori, sed incerti adhuc generis. Thallus humido statu viret.

7. „*Lecanora melanophaea* Fr. (*Urceolaria Oederi* Schaer.)“ Muell. est omnino *L. cinereorufescens* f. *diamarta* Whlnb.

8. *Lecanora erysibe* * *submundula* Nyl. Thallus pallido-cinerascens tenuis subinaequalis, minute areolato-rimulosus; apothecia carneo-lutescentia, demum convexula (latit. 0,5 millim. vel minora), juniora marginata margine fuscescente; sporae fusiformi-oblongae, 1-septatae, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,0035—45 millim. — Supra saxa calcarea circa Thermas Herculis in Hungaria (Lojka). — Vix nisi varietas *L. erysibes*, thallo pallido subsquamuloso-areolato firmulo. Sporis aliquanto majoribus differt et paraphysibus a *L. proteiformi.* var. *sylvestri* (Arn.) vel *umbratica* Arn. (sporis longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,003—4 millim.); sed „*proteiformis*“ sensu massalongiano etiam *erysiben* complectitur atque revera illa, meo sensu, modo est subspecies hujus *(erysibes)*. Sub *erysibe* etiam disponendae sunt *detractula* Nyl. in Flora 1875, p. 444, et *subcaesia* Nyl., sed ipsa *albariella* Nyl. ut var. sub *L. proteiformi* sensu definitiore hic indicato.

9. Observetur, *Pertusariam bryontham* (Ach.) thallum passim habere albo-sorediosum, quae soredia CaCl erythrinose reagunt. Apothecia pallescentia (primitus sunt pallida) similem reactionem praebent.

10. Pertusaria lactea (Schaer.) bene fertilis lecta prope Singlér in Hungaria (Lojka.). Apothecia alba vel albida, lecanorina, supra subleprosa (latit. 0,5—0,7 millim.), margine thallino irregulari cincta; thecae monosporae, sporae longit. 0,180—0,205 millim., crassit. 0,0065—70 millim.

11. Lecidea absistens Nyl. in Flora 1869, p. 295, ut subspecies consideranda sit *L. endoleucae*, apotheciis intus albidis (nec pallidis), sporis tenuioribus et epithecio coerulescente K non violascente. Etiam in Hungaria abieticola (Lojka).

12. Lecidea denigrata f. *sublivescens*, thallo obsoleto, apotheciis sublivescentibus (transire videtur in * *hemipoliellam* Nyl. in Flora 1875, p. 11). Super corticem pini in Hungaria (Lojka).

13. Lecidea clavulifera Nyl. thallo albo granulato dispersulo et variante subvirescente et variante simul fatiscente. Super saxa gneissacea umbrosa alpis Dawrowa in Hungaria (Lojka).

14. Lecidea fuscoviridis Anzi. Ad definitionem in Flora 1881, p. 456, datam addendum est, thallum saepe laeviorem obvenire et subareolato-rimulosum, interdum simul sorediellum.

15. Lecidea saxigena Uloth., Hepp Flecht. 510, saltem sicut var. differt a *L. ternaria*, apotheciis nigris saepe immixtis subpallescentibus et interdum subsmaragdescentibus, sporis longit. 0,011—17 millim., crassit. 0,0035—45 millim. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvorubescens. Occurrit etiam lignicola.

16. Lecidea exsequens Nyl. in Flora 1881, p. 179, thallum rite evolutum habet obscure cinerascentem tenuissimum continuum rugulosum, gonidiis glomerulosis. Supra lignum fagi in Hungaria (Lojka).

17. Lecidea plana f. *perfectior* dicenda quae thallum habet cinerascentem granulato-verrucosum, magis evolutum, determinatum (crassit. 0,2—0,5 millim.). Saxicola in alpibus Tyroliae, Mittelberg (Arnold) et in Transsylvania supra Verespatak (Lojka). Sporae longit. 0,008—0,012 millim., crassit. 0,0035—45 millim. — *F. perfecta* Arn. L. 759 thallum habet minus evolutum vel sublaevigatum rimosum.

18. L. polycarpoides Nyl. in Flora 1875, p. 105, dicatur *Lecidea pericarpoides*, ne confusio adsit cum *L. polycarpoide* Muell. Etiam *L. pericarpoides* prope Predazzo in Tyrolia supra syenitum (Arnold).

19. *Lecidea Muvorani* Muell. microgonidiologi vix differt a *L. coerulea (nuda)* Arn.

20. Lecidea aglaeotera Nyl. in Arn. L. 469 forsan subspecies sit *L. armeniacae* (DC.) differens thallo pallido-lutescente crasso (crassitie circiter 1 millim.), concreto, areolato-rimoso, apotheciis innatis subconcaviusculis. Minime congruit cum *L. armeniaca* var. *lutescente* Anzi, quacum ea male jungitur in Arn. L. 469 b (illi thallus areolatus, apothecia superficialia convexula).

21. Lecidea subcinerascens Nyl. subspecies fere *Lecideae disciformis*, cui similis, sed thallo cinerascente indeterminato subgranulato-inaequali tenui subdisperso vel evanescente (K—). Supra ligna tectorum in Hungaria. Spermatia bacilliformia, longit. 0,004—5 millim., sterigmata articulis vulgo 2, turgidulis.

22. Verrucaria subnigricans Nyl. (sub *V. virente* in Norrl. Kar. Oneg.) vix sit nisi var. vel subspecies *V. virentis* Nyl., thallo umbrino-nigricante crassiusculo verrucoso areolato-diffracto, pyreniis incoloribus. Sporae oblongae, longit. 0,016—20 millim., crassit. 0,007—8 millim. Supra saxa calcarea et subcalcarea in Suecia, Finlandia et Hungaria. — In *V. obfuscante* Nyl. thallus laevior.

23. Verrucaria integra var. *obductilis* Nyl., apotheciis superne prominulis thallodeo-obductis. Sporae longit. 0,023—33 millim., crassit. 0,012—16 millim.

24. Verrucaria hymenogonia Nyl. variat apotheciis rugosis vel subrimoso-rugosis; variant ea etiam cinerascenti-suffusa.

25. Verrucaria pertusula Nyl. forsan ut subspecies considerandа est *Verrucariae Sprucei*, accedens ad *calcivoram* Nyl. et praesertim differens ostiolis minutulis (latit. vix 0,1 millim.), supra foramine substrati visibilibus et saepe foramine hoc prominulo thelotremoidello. Sporae 3-septatae, longit. 0,035—50 millim., crassit. 0,014—18 millim. Supra saxa calcarea ad Cauterets in Pyrenaeis (E. Lamy). Thallus (vix verus) solum macula umbrino-fusca indicatus.

26. Verrucaria glaucina Ach. ex hb. Mougeot. esset *V. polysticta* Borr.; ita determinationes vetustae vacillantes, quod non est mirum.

27. Verrucaria pluriseptata Nyl. Pyrenoc. p. 58. Hic satius definiatur. Thallus vix ullus visibilis; apothecia pyrenio dimidiatim nigro (latit. fere 0,2 millim.), convexa; sporae 8nae incolores oblongae 5-septatae, longit. 0,016—20 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses molles crassiusculae breviusculaeque. — Super cortices laeves in Italia, Gallia, Helvetia, Hungaria. — Species est e stirpe *Verrucariae epidermidis*. Para-

physes parum altitudinem thecarum excedentes. Spermatia tenella recta, longit. 0,0035 millim., crassit. 0,0005 millim.

Parisiis, die 1 novembris 1881.

Brachythecium Venturii nov. sp.

Pflanze dem *Brachythecium populeum* B. S. oder beziehungsweise *Eurhynchium velutinoides* B. S. habituell sehr ähnlich und auch von der Grösse und Stärke des ersteren.

In dichten, gelbgrünen, seidenglänzenden Rasen. Hauptstengel niederliegend, bewurzelt und mit langen, aufstrebenden Aesten, welche entweder fast einfach oder wieder reich, ja gegen die Spitze hin sogar oft büschelig verzweigt sind, besetzt. Blätter der primären und secundären Achsen aus breiter Basis gleichschenkelig-dreieckig und in eine lange, gezähnte Spitze auslaufend, meist ungefurcht und nur am Grunde am Rande etwas umgerollt. Blätter der Aeste 3. und 4. Ordnung bedeutend schmäler, länglich-lanzettlich, mit bis weit hinauf umgerollten Rändern und nicht selten mit je 1 Falte zu beiden Seiten der Rippe; letztere in allen Blättern sehr stark und erst in der Spitze sich auflösend; Zellen prosenchymatisch, die mittleren etwa 6 Mal so lang wie breit und schwach gewunden, die unteren über der Blattbasis quadratisch oder kurz-rectangulär und 4—5 deutlich hervortretende Querreihen bildend, sämmtlich chlorophyllreich und auch die unteren durchscheinend.

Blüten einhäusig. Perigonialblätter eiförmig und kurz zugespitzt; innere Perigonialblätter in eine lange, stark gezähnte Spitze ausgehend und stark gerippt.

Bis jetzt nur steril bekannt. Von Dr. Venturi in den Hochalpen bei Trient in Tirol im Fleimsthal, Valle Lazorai, nicht fern vom See bei 1800 m. Höhe auf der Erde und an Steinen (Porphyr) gesammelt und mir freundlichst mitgetheilt. Im System dürfte das Moos vorläufig, so lange noch nicht Früchte gefunden worden sind, neben *Br. populeum* einzureihen sein.

Hinsichtlich seiner Vegetationsweise erinnert dasselbe auffallend an zarte Formen der *Br. albicans*, welches auch häufig mit einfachen oder gegen die Spitze fast büschelig verzweigten secundären Aesten vorkommt; durch die sehr starke bis in die Spitze fortgeführte Rippe, durch den breit umgerollten Blatt-

rand, sowie durch einhäusige Blüten ist es aber leicht von diesem zu unterscheiden. Auch dem *Br. laetum* sieht es entfernt ähnlich; nur ist es viel zarter und seine Astblätter sind nicht wie bei diesem breit und kurz zugespitzt und scharf gesägt, sondern in eine lange, sehr schwach gezähnte Spitze vorgezogen. In Bezug auf Form und Umrollung der Blattränder erinnert es mehr an *Br. Geheebii* Milde, von dem man es sicher durch einhäusige Blüten und die auch an der Blattbasis durchscheinenden, nicht besonders verdickten, quadratischen Zellen, sowie durch die meist ungefurchten Blätter unterscheidet. Die meiste Aehnlichkeit indessen besitzt das Moos unstreitig mit *Br. populeum*, welchem es in Hinsicht seiner Grösse vollkommen gleicht, doch beachte man die characteristische Umrollung des Blattrandes, die stärkere Blattrippe, das weitere, unten quadratische, auch hier durchscheinende Zellnetz der Blätter, und man wird beide Arten auch im sterilen Zustande stets mit Sicherheit auseinander zu halten im Stande sein.

Neuruppin, im November 1881.

C. Warnstorf.

Literatur.

Die Moose Deutschlands. Anleitung zur Kenntniss und Bestimmung der in Deutschland vorkommenden Laubmoose. Bearbeitet von P. Sydow. Berlin, Stubenrauch, 1881.

